Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26908
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dem concurrentium ullam spem haberent: adhibendu monasterium
de incendio. Ipse autem di famule que ibi congregate fuerant: foras mu
rum extra monasterium. ad uicina loca confugerant. Tunc uir unus
cum cura monasterii commendata erat regere: repente eleuans oculos suos
uidit sancta Gertrudem stantem. in summitate refectorii. in propria specie
uel habitu quo ipsa fuerat. et cum ipso uelamine: quo erat cooperta sep.
tacabat flammam de domo. Hic autem detanta uisione non pertimuit.
sed gaudio magno repletus. suos socios hortabatur: ut constanter agerent.
ipse autem concito ascendens cursu. sursum ut uideret rei eventum. tunc
murum in modum subito uiderunt labatur monasterium. ipsa hora dem
A. Uno quoque tempore. pulsionem ad monasterium aliquae soro Scendi
res uiderunt. ut in ipso lecto. ubi sancta Gertrudis ancilla xpi. post laborem
uigiliarum. orationum instantiam solebat aliquantulum requiescere
nullus hominum utrius requiescere fuisset ausus. Tunc predicta di famula
christi abbatissa neptis sancte Gertrudis. que secus pedes eius fuerat nutrita. gau
dio repleta est: quod tanta signa miracula. eam christus dignatus est ma
nifestare: Conuocata autem omni congregatione: ipsum lectum tulerunt
et portauerunt cum honore magno et di laudibus. et deposuerunt eu
in basilica sancti pauli apli. ubi nunc christus multa ostendere dignatus est:
F. Fuit quedam puella in regione eadem quam grauissima egritudo de
tenebat. ut nullus medicus eam sanare potuisset per annos plurimos. ad
extremum uero oculos suos amisit: et cecca effecta est. Tunc parentes ipsi
puelle tulerunt eam. et duxerunt secum eam ad monasterium uirgi
ta. ut saltem ibi inuenirent aliquos medicos qui eam sanare potuisset:
Tunc in ipsa nocte apparuit ei sancta Gertrudis pulsum et dixit ad eam.
puella noli timere: si crede in dnm ihm xpm. et uade ad lectum quem
postea in monasterio sci pauli apli. ubi solebat requiescere Gertrudis. ibi
acceptura es sanitatem. de omni tribulatione quam incepore tuo
pateris. Ipsa autem puella per grauitatem infirmitatis sue: ni potuit
ante diem unum puenire illuc. sunt cuncta congregatio in horam ter
tiam ad opus diuinum consisteret: et ope di completo supuenente ui
la puella que fuerat infirma tulerunt eam sorores. et ad duxerunt eam
ad lectum ubi iussa fuerat ambulare: Cumque se christo in oratione prosta
uisset. et ad lectum inclinasset. statim apti sunt oculi eius et totum cor
pus quod ante uulneratum fuerat. ita repente sanatum est: ac si nichil
uulnus habuisset: Illa autem deo gratias agens. gaudio repleta est: et ecclesiae